Sigismundus Bathori de Somlio Vaivoda Transsilvaniae et Siculorum Comes etc. Egregiis Nobilibus Casparo Almadi de Zaaz, Petro
Zikrasi, Casparo Zokmani de Zygher, Damiano Pap de Zentkyrad et Nicolao Kathonj de eadem Zentkyrad Salutem et favorem.
Exponitur Nobis in persona Egregii Ladislai Kemenij filii Egregii quondam Joannis Kemenij senioris de Omboz, Quod ipse
exponens cum Egregio Joanne filio Egregii quondam Francisci filii praefati quondam Joannis Kemenij senioris de dicta Omboz
in universis sylvis in territorio praedictae possessionis Omboz in Comitatu Dobocensi existentibus habitis, hactenus inter ipsos
indivisis, Meliori modo velit rectam et aequalem divisionem facere portionesque suas ipsum eisdem rebus et proventibus debitis [illegible]
et [illegible] facere vellet, facere admittere. Pro eo vobis harum serie committimus et mandamus vobis firmiter ut dato praesentium
statim simul vel duo vestrum sub onere alias in talibus observari solitis erga praefatum Joannem Kemenij cum praesentibus accedentes, qui si
personaliter reperiri poterit, eundem ibidem personaliter, alioquin de domo habitationis suae solita sua residentia vel de bonis et
juribus suis possessionariis, unde ex parte praefati exponentis ammoniatis [illegible] ad se vestrum commode devenire poterit, ammoneatis, eundem
dicatisque et committatis eidem verbo nostro ut ipse divisionem in praescriptis sylvis in territorio dictae possessionis Omboz in [illegible]
dicto Comitatu Dobocensi existentibus admittere partes sibi admittere, portionesque praefati exponentis eisdem rebus debitis ex [illegible]
et [illegible] debeat et teneatur. Qui si fecerit bene quidem, alioquin eundem ibidem contra praemissa et aliorum
certorum negotiorum coram [illegible] declaraturum ad octavum diem a die huiusmodi ammonitionis vestrae ipsi facto computando
in curiam nostram nostram utputa in praesentiam regiam redditurum. Certificetis eundem ibidem quod sive ipse termino in
praedicto coram Nobis comparuerit sive non, Nos tamen ad partis comparentis instantiam id faciemus in praemissis quod
iuris ordo. Et post haec vos seriem huiusmodi ammonitionis, locationis et certificationis vestrae ut fuerit expediens
Nobis suo modo terminum ad praedictum fide vestra mediante referre vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non
facturi, praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae Juliae die [illegible] Reminiscere, Anno domini Millesimo Quingentesimo
Octogesimo Octavo.

[Signature]

IV/57

R.P.R. SERV. ARHIVELOR STATULUI CLUJ DEPOZIT

177